



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

2. Quomodò in principio mundi & maiores nostri fuerint, abstinentes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas: quorum Deus venter est: non timent, nec amant, aut credunt alium Deum, Philipp. 3. Sic Esau propter gulam lentis edulij vendidit primogenita sua, Genes. 25. sic cra pula multos depauperat in substantia: & hodiè consuetudo est, ut in conuiuijs aut prandijs magna sit fercula, varij apparatus, varia genera vinorum, oftenatio poculorum argenteorum &cæt. fructus autem huius gulæ sunt, consumptio, ebrietas, rixa, detracçio, impudicitia, & aliquandò homicidia, ut scribit Poëta de conuiuio Lapytharum & Thracum, qui post epulas scyphis pugnabant, & sanguineas mouabant rixas. ideò Iob 1. quandò filij eius celebrabant conuiuia ex ordine, surgebat manè, & offerebat holocausta per singulos &c. ne Deus offenderetur viis coniuuantium filiorum. sed ubi hodiè est talis pietas in conuiuijs? immò venit & alijs fructus ex comedationibus, nèpè leuitas & saltatio, iuxta illud Exod. 32. Sedit populus manducare & bibere, & surrexit ludere, id est, saltare, &c.

Secundò, legitur quòd cibus & potus hominum in principio erant sine omni additamento aut confectione, sed simplex, & ex fructibus arborum & potu aquæ se sustentabant homines antè diluvium, & indeò erant longioris vitæ, sed post diluvium esus carnium incepit, & potus vini & confection ex herbis, & paulatim diuersa genera cibariorum & aromatum inceperunt. Præterea Romanorum & Gétium probatur abstinentia, de quibus legitur quòd apertis ostijs coram transiuntibus comedebant, & certo tempore, quia legem habebant gule & ebrietati positam, ne quis excederet in comedationibus &c. De Platone legitur, quatenus per totam vitam suam non nisi semel in die comedebat, & cum aliquandò cum suis de varijs cōferret sermones, narrauit se fuisse in quadam regione, ybi homines bis in die comedebant &c.

Eccl

Eccè hæc fuit Gentilium abstinentia, nos verò Christiani, & præsertim Euangelici, quoties in die nos replemus & ingurgitamus? & nemo pro peccato reputat. dicitur Eccl. 37. Propter crapulam multi periērunt, & plures quām gladio &c.

Tertio, multa mala & quidem grauissima sequuntur crapulam. Est enim homo gulosus requies diaboli, non enim macilento, sed pingues querit. Ideò mali Spiritus Matthæi 8. petierunt mitti in porcos. nam porcus nihil aliud querit nisi cibum, vt semper voret, se replete & impinguetur: ita etiam faciunt gulosi, & in tales diabolus habet suam potestatem. Non enim legitur, Sathanam tentâsse diuitem epulonem, qui iam suum erat mancipiū, Luc. 16. Sed Christum ieunantem & esurientem in deserto tentâsse, cū dice Matt. 4.  
ret: si filius Dei es, dic vt lapides isti fiant panes. Ideò Matth. 17,  
docuit Christus quod genus illud dæmoniorum, que  
gulâ accendent, non ejscitur nisi ieunio & oratione.  
Qui ergo vult liberari ab illo dæmonio, fugiat cra-  
pulam. Deinde gula nocet homini in corpore & ani-  
ma: in corpore, quia plurimas infirmitates generat.  
Ecclesiast. 37. In multis escis erit infirmitas. Mul-  
tos morbos faciunt multa fercula, quia ex nimia re-  
pletione, multi fiunt paralytici, contracti, hydropi-  
ci, pleuretici &cæt. Vndè est magna hominum stu-  
titia, quod ob delectationem palati per vnam horam,  
sibi accersant multifarias infirmitates. nam vitam  
quoque abbreviat crapula. Ecclesiast. 37. Qui ab-  
stinenſ est, adiçiet vitam. Est enim abstinentia mater  
sanitatis & viuacitatis: voluptas autem & repletio,  
multarum egritudinū causa est. Itē gula nocet animę  
nā facit obliuisci creatoris sui. Oſce. 13. saturati sunt,  
& eleuauerunt cor suum, & oblitū sunt mei. In hoc se-  
p̄e peccant clerici, quandō conuiuentes horas cano-  
nicas negligunt. Proueniunt autē ex hoc vitio gulæ  
multa mala humano generi & plagæ, nempe caritas  
annonæ